

Q. D. B. V.

NUMERUM QUADRAGESIMUM;  
ÆTATE

POTENTISSIMI

# ELECTORIS

NOBILITATUM,

FAUSTISQ; PRÆSAGIIS INCLYTUM,  
NOBILISSIMO

REIP. ZITTAV. SENATUI,

AC IMPRIMIS

REVOCATO AD NOVAM ADMINISTRATIONEM

# CONSULI,


IN GYMNASIO ZITTAVIENSI,  
MODERATORE

CHRISTIANO WEISIO, RECT.

*d. 2. Sept. M DC LXXXVII,*


Verbis gratulabundis exhibebunt:

- Christianus Fridericus Kuntzsch / *Lips. Misn.*
- Melchior Günther / *Laub. Lus.*
- Johannes Fridericus Heyne / *Dresd. Misn.*
- Hans Gottlieb aus dem Winckel / *Nobil. Misn.*
- Johannes Benedictus Bolter / *Lips. Misn.*
- Adam Heinrich von Näs / *Nobil. Siles.*
- Heinrich Gottfried von Seher / *Nobil. Sil.*
- Johannes Elias Weise / *Weissenfelsa-Zittaviensis.*



ZITTAVIÆ,

Typis Michaelis Hartmanni



**N**ertius jam mensis volvitur, ex quo **POTENTISSIMUS** Noster **ELECTOR** **QVADRAGESIMUM** ÆTATIS ANNUM explevit: Magna quidem Provinciarum lætitia, quibus nunc ostendebatur **PRINCEPS** ad eam vitæ partem progressus, cui roboris & virtutis summa tribui solet perfectio. Neq; deerat felicitatis omen, fore, ut sub **VIRO** viribus & consiliis perfecto, Subditorum quoq; prosperitas perfectiorem sibi gradum polliceretur. Quod autem tacitis omnium animis perpensum hæctenus fuit & repetitum, id in anniversariâ Gymnasii solennitate clarius proponere visum est, ubi vota debentur redeunti ad novam suam Civitatis administrationem **CONSULI**. Quid enim in his laborum auspiciis acclamari melius potest, quam vivens & in optimo vivendi statu collocatus **ELECTOR**? Hoc florente feliciter effluere vidimus annum **GIRISIANUM**: eodem favore progredi nunc incipit annus **STOLLIANUS**: nec, sub ipso hoc fidere, deteriorem sibi conditionem promittit annus **HARTIGIANUS**. Imo sicut annorum cursus sub ipsis **CONSULUM PARENTIBUS**, benigno semper omine fuit absolutus: ita non erraverit optima **ZITTAVIA**, si perpetuos sibi apprecetur **JOHANNES-GEORGIOS**, adeoq; sub Eorundem felicissimo Regimine, Posteritatem iisdem **NOMINIBUS**, iisdem **OMINIBUS** celebratam, gratulabunda jam mente concipiat. Quod igitur faustum sit & fortunatum, divinæq; Providentiæ congruum, procedent aliqui è nostris Auditoribus, facturi periculum, nûm è **QVADRAGENARIO** hoc numero, quem **ELECTORALIS** ÆTAS nobilitavit & fere consecravit, erui possint apertiora gaudendi, gratulandi & sperandi argumenta. Quam Pietatem ut **PATRONI** & **FAUTORES** tanto promptius sibi habere commendatam dignentur, brevi compendio, quorsum cujuslibet inventio dirigatur, exponere constitutum est.

Primus **KUNTSCHIUS** Prologi facturum officium, Natalis nuper illucescentis felicitatem deprædicabit, suosq; commilitones, ut ex hoc numero non obscurum fortunæ præsagium colligant, admonabit.

Alter **GUNTHERUS** dicet Numerum hunc, dum scribitur, componi ex Quaternario & Nullâ, adeoq; nominabit Quatuor mala præcipua, quibus laborare passim solent Civitates: **VICINOS MALOS, CONSILIARIOS MALOS, THEOLOGOS MALOS, SUBDITOS MALOS**: quibus tamen à nostrâ Patriâ

triâ

triâ remotis, numero quaternario velut adjectâ Nullâ, Quadraginta prorsus felicitates emicuerunt. Ut locum hic inueniat nummus Constantii Imp. ubi intra Victoris Sertum legi potuerunt hæc verba, numeris quidem perfectioribus commendata:

V O T I S  
X X X.  
M U L T I S  
X X X X.

Quasi diceret verborum inventor, vota quidem ordinaria plerumq; dirigi ad hanc felicitatem, si Princeps bene imperando suis fastis annum adjiciat trigesimum: sed multis Subditorum votis effectum, ut legi posset numerus perfectior in ipsâ mortalium ætate celebratus.

Tertio loco HEINIUS alia referet mala, Rebusp. non minus infesta & periculosa, *BELLUM, PESTEM, FAMEM, AQUARUM & IGNIUM FUROREM*: quibus, quia caruimus, DEUS adjecit Nullam, adeoq; numerum feliciter constituit Quadragesimum.

Quartus WINCKELIUS totidem producet vitia, publicis incrementis plerumq; damnosa, *DISCORDIAM, IGNAVITIAM, AVARITIAM, IGNORANTIAM*: sic tamen ut ostendat, quantum ea semper abfuerit à nostris finibus h. e. quam certam DEUS adscripserit Nullam, ne nimirum omina deessent numeri Quadragesimi.

Quintus WOLTERUS, everso velut inventionis fundamento, Nullam vocabit circulum, adeoq; perfectionis hieroglyphicum. Inde Quatuor nominabit fortunatæ Reip. indicia, si nimirum habeat *DEUM PROPITIUM, PRINCIPEM GRATIOSUM, MAGISTRATUM BONUM, CIVES SUA SORTE CONTENTOS*. His vero Bonis clementer concessis, à DEO adjectum circulum sive perfectionis notam, ac inde constitui numerum quadragenarium. Is quoq; provocabit ad nummum Imp. Constantii, ubi expressus Angelus (nisi malumus esse imaginem victoriæ) in Clypeo scribendo exprimit XXXX. h. e. numerum nostris gratulationibus adeo faventem.

Porro NAETZIUS tot ominibus ad bene precandum excitatus, ne defint exempla, Numerum hunc IMPERATORIBUS fuisse fortunatum ostendet. Certè FERDINANDUS II. eo ætatis anno coronatus Rex Hungariæ, FERDINANDUS III. Pacem conclusit Westfalicam, LEOPOLDUS Pacis Noviomagensis Jubila publicavit.

Tandem SEHERUS Numerum SAXONIBUS quoq; faustum demonstrabit exemplis ALBERTI, AUGUSTI, JOHANNIS GEORGII, tum AVI, tum PATRIS.

Sic Epilogus carmine vernaculo PATRUM CONSCRIPTORUM Nomina complexus, in unum colliget, quicquid à singulis optatum fuit separatim. In-

Intra hos quidem terminos continebitur nostra Pietas, cujus ulteriori spectaculo si quis frui cupiat, cras, volente DEO, finitis in Templo vicino sacris, ut sui copiam faciat, dicturisq; tum benigna praesentia, tum placida simul attentione, robur & solatium indulgeat, etiam rogamus atq; etiam. Operam certe sumus daturi, ut, qui perfecta rerum & verborum elegantia placere non potuerint, brevitatem tamen & devotis observantiae documentis haud omnino displicuisse videantur. Nec ingratum quoq; futurum est hoc officium Nobilissimo CONSULI, quem forte speramus feliciorum, si cum publicis civium votis, DEO consecrata Juventus egregie consentiat. Caeterum ne desit argumentum, in quo singulorum Auditorum occupari pietas queat, libuit subjicere Hymnum, ultimo loco modulis extra superbam luxuriam positis concinendum: quam harmoniam, ut coelestis Pater auribus clementissimis excipiat, qua par est, humili devotione precamur.

<p style="text-align: center;">I.</p> <p>Höchster Schöpffer/ habe Danck Vor den süßen Lobgesang/ Welchen die geliebte Stadt Allbereit im Herzen hat/ Weil das Rath-Haus ferner blüht Daß man kein Vornehmes Glied Aus der Reihe mangeln sieht.</p> <p style="text-align: center;">II.</p> <p>Dein Gedenken hats gethan/ Was man sehn und hoffen kan/ Und wie das verfloßne Jahr Bloß in dir gesegnet war: Also wird nun gleich so schön Auch das neue Wolergehn Nur in deiner Gnade stehn.</p> <p style="text-align: center;">III.</p> <p>Gieb im Lande Sicherheit/ Auff den Felde Fruchtbarkeit/ In den Häusern Lieb und Nuß/ Im Regieren Rath und Schutz. Und weil deines Wortes Saft Uns das höchste Gut verschafft/ In der Kirche Trost und Krafft.</p>	<p style="text-align: center;">IV.</p> <p>Dieser Mann sey hochbeliebt/ Der die Last nun übergiebt: Er besitze früh und spat/ Trost vor Sich und vor die Stadt. Wiederum der Theure Mann Trete/ wie er wünschen kan/ Die Regierung glücklich an.</p> <p style="text-align: center;">V.</p> <p>Denn gewiß wo deine Macht Bei dem Ober-Haupten wacht/ Wächst auch/ was wachsen sol/ Und es geht den Vätern wol Denn sie ziehn das feste Band/ Gleichsam mit gesämter Hand/ Um das liebste Vaterland.</p> <p style="text-align: center;">VI.</p> <p>Gott verleihe was man sucht. Zittau finde Lust und Frucht. Und der hohe Kauten-Straus Breite seinen Schatten aus. Ja man rühme weit und breit Dieses Bild der Obrigkeit/ Diesen Kern der Christenheit.</p>
---	--

Iterum precamur, velit exaudire DEUS, quæ fuerunt optata, ne Gymnasio, quoties revolvitur annus, eadem denegetur gratulandi & concinendi occasio.

P. P. ipsis Calendis Septembribus M DC LXXXVII.

